



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXIII.

24. Novembris. 8. Cal. Decemb.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45314

406 ANNI CISTERCIENS.
lia præter ipsam. Qui aliter vadit,
cadit potius quàm ascendit; quia sola
est humilitas, quæ exaltat, sola, quæ
ducit ad vitam.



24. Novembris. 8. Cal. Decemb.

Floruit
anno
1500.

Amori
Dei
jungit
amorē
Mariæ.

B. ANTONIA, Monasterii S. Bene-
dicti de Castris DE O sacrata Vir-
go: quæ stemmatis nobilitatem sancti-
monix sublimitate longè superasti.
Ardebat animus tuus continua flam-
ma divini amoris: cui rectè adjunxisti
amorem in divinam Puerperam: qui
quàm in te fervens, ipsi verò gratus fu-
erit, experta es hoc exilium relictura:
in fatali enim hora illam vidisti Judi-
ci Filio pro te supplicem, manumque
porrigentem, quâ in sponsi divini
thalamum te lætabundam induxit.
*Non sinè dolore sentio, me visco quodam
proprij amoris implicitum: tu hoc vene-
num à me expelle, & cor meum gemino il-
lo sanctissimo amore occupa.*

Floruit
anno
1224.

B. NICOLAE Monache in Bra-
bantia: qui tam benigno commiserationis affectu in egenos ferebaris, ut
omnem laborem, quantum permitte-
bat obedientia, iis sublevandis impen-
deres. Quem amorem ut in te auge-
ret, ac

ret ac simul consolaretur DEUS, sub
 forma pauperis puelli & in nives ab-
 jecti, tibi iter facienti se obtulit. Quem *Christi*
 cum ineffabili pietatis sensu in ulnas *sub for-*
 acceptum foveres, atque ad vicinum *ma ege-*
 hospitium contenderes, se oculis tuis, *ni susci-*
 at non animo subduxit: nam tam ve- *pit.*
 hemens dilectionis incendium post se
 reliquit, ut unum hoc in te desiderium
 viveret, dissolvi, & esse cum Christo.
 Ad cujus æternos amplexus post tole-
 ratos aliquot annorum dolores feli-
 citer es admissus. *Est utique dulce in-*
 cendium cordis, quod ardet amore Divino.
Quam dulcedinem & ego procul dubio
sentirem, si hujus mundi amor, tanquam
frigidissima nix, quodam desidia gelu non
cor meum constringeret.

S. BERNARDUS, c. 3. de dil. Deo.

Fidelis anima & suspirat presentiam *Amo-*
Dei inbianter, & in ejus memoria re- *ris di-*
quiescit suaviter: & donec idonea sit *vini*
revelata facie speculari gloriam *indo-*
Dei, crucis ignominiam gloriatur. *les.*



25. Novembris. 7. Cal. Decemb.

B. CONRADE, Heisterbacensis Fl. añ.
 B. Monache: qui centum vitæ tuæ 1227.
 annos